

25

D. A. G.
DISSERTATIONIS ACADEMICÆ,
DESCRIPTIONEM
HISTORIAMQUE
INSECTORUM QUORUNDAM
SISTENTIS,
PARTICULA,

—
QUAM

VENIA AMPLISS. FACULT. PHILOS. IN ILLUSTRI
AD AURAM ATHENÆO,

PRÆSIDE

D. D. PETRO KALM,

Oeconomiae Professore Reg. & Ord. Membro Reg. Ord.
Waf. Reg. Acad. Scient. Reg. Societ. Litt. Ups. Re-
giæque Societatis Patr.

PRO GRADU

Publicæ Disquisitioni submittit

JOHANNES KERCHSTRÖM,
Nylandus.

In AUDIT. MINORI Die XXIX. Junii MDCCCLXXVIII.
H. p. m. c.

A B O Æ

Impressit Job. Christoph. Frenckell, R. Acad. Typ.

VIRO
NOBILISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO
**DN. ERICO PHILIPP.
DIDRON,**

Judici Territoriali per Careliam Aequissimo,

PATRONO FAVENTISSIMO.

Ob plurima maximaque in se collata plurium anno-
rum beneficia, in mentis venerabundæ & gratissi-
mæ qualemcunque tesseram, cum ardentissimis pro TUA
Familiaque TUÆ Nobilissimæ felicitate votis, pagellas ha-
ce consecrare voluit debuit

NOBILISSIMI NOMINIS TUI

Cultor humillimus
JOH. KERCHSTRÖM.



§. I.

Quemadmodum jucundissimæ Scientiæ Botanicae dulcedinem primis solummodo, ut dici solet, labiis gustasse merito censentur, qui splendidissimis pulcerrimisque Plantarum coloribus, atque structura mira variaque capti, nomina, familiasque cognitas sibi reddidisse contenti sunt, reliqua quæ plenior & perfectior hujus Scientiæ cognitio secum affert oblectamenta plurima, maximaque ignorantes; ita quasi in vestibulo ædificii maximis Naturæ miraculis plenissimi subsistere coguntur, qui singulari admodum facie Insectorum externa, & vestitu nonnullorum auri & argenti specie fulgente, excitantur quidem ad Classes Centuriasque animalculorum horummet cognoscendas, ac discernendas, de moribus autem illorum, industria, Oeconomia, propagationis modis, & quod unum omnium maxime est admirabile, de variis illorum mutationibus, metamorphosi a veteribus incommodo dicta, nihil omnino norunt. Specimen ergo quoddam Academicum editurus, cui argumentum delegi Lepidopterorum nonnullorum descriptionem atque Historiam, operæ pretium me facturum judicata.

vi, si spectacula hæcce visu cognitioneque dignissima contemplari cupientibus, sed nondum initiatis, ad a-dyta, mysteria hæc occultantia, in antecepsum janu-am paucis adaperuerim, ipsam illam Metamorpho-sin, imprimis Insectorum quæ ad Classem Lepidopte-rorum pertinent, paucis explicando, ac deinde reli-quam etiam illorum Oeconomiam attingendo. Te vero L. B. qua par est observantia compellamus, ve-lis solitum nobis non denegare favorem.

§. II.

Illas inter scientias, de quarum flore præ anti-quis Græcorum Romanorumque florentissimis etiam temporibus, nostra merito gloriari potest ætas; En-tomologia jure numeratur optimo. Plenior enim & accuratior Insectorum cognitio, quæ recentioris ævi Philosophis tantum contulit adjumenti ad quæstiones (a) maximi momenti, easque simul difficillimas & sub-

(a) Quas inter eminet, illa de modo quo corpora generantur organica, quæ tam nostræ, quam antiquæ æ-tatis Philosophorum ingenia vexavit, quamque ut expli-carent, alii ad *Naturam Plasticam*, ut ARISTOTELES & qui eum sequuntur, alii ad *Animam vegetativum*, ut THE-MISTIUS & magnus ille subtilitatis Magister SCALIGER, configunt. Ipse REDI, felix ille præjudiciorum anti-quæ Scholæ destructor, explicaturus originem Erucarum in fructibus plantisque degentium ad animas has confu-git vegetativas. Alii inani hos omnes verborum strepi-tu philosophari, nullamque in tota rerum universitate

subtilissimas enodandas & explicandas; quæ tot stu-
penda prorsus & elegantissima Naturæ spectacula (b)
densissimis olim involuta tenebris in apricum protu-
lit, quæque volatilia hæcce non modo non imperfe-
cta, ut credula statuerat antiquitas, sed, si non ma-

A 3

jore,

fieri novam generationem, sed omnia præexistere semi-
na, inque illis, partium typos & delineationes, quæ per
liquorem fœcundantem maris evolvantur atque per epi-
genesin hontogenerarum particularum, quod est nutriti,
eousque augeantur, explicentur & dilatentur, quo usque
possint, ex Insectorum diligenti scrutinio probabile red-
diderunt. Nam in Erucis, anatomica dislectis arte, ru-
dimenta oculorum futuri Papilionis Phalenæve, inventa
sunt. Plures alias, non exigui momenti quæstiones præ-
tereo.

(b) Non jam de spectaculis ejusmodi loquor, quæ
potius elegantis fabulæ, quam veræ narrationis præ se-
ferunt speciem, quæque magis delectationis quam rei il-
lustrandæ caussa excogitata esse videntur; uti illa de
(quæ Grylli cujusdam est species), narratio, qua devo-
tum hoc esse Insectum, atque DEUM non minore quam
homines pietate colere, affirmatur, propterea quod inter-
dum eodem, quo nos, dum DEUM adoramus, modo
pedes suos anteriores duos, quibus longissimis est instru-
ctus, jungat erectoque stet corpore; qua amor hujus a-
nimalculi, in primis erga infantes tantus esse assertitur, ut
pedibus viam sepissimeque restam illis monstret, *Mouf-
fetus* p. 118. quaque demum Societas Apum, ut perfi-
ctissimum Regiminis Monarchici exemplum, maximis ex-
tollitur laudibus, Virg. Georg. Lib IV. plura ejusdem ge-
neris ut taceam; non jam de his inquam, loquor, sed
de singulari illa arte, qua Eruca cutem sappis exuunt,

jore, certe non minori Summi Opificis arte (*c*) quam reliqua animalia efficta & composita esse edocuit, adeo ut animam etiam immateriale, sensatione, voluntate & actione instructam acutissimi rerum judices non injuria illis adjudicare ausi sint (*d*); hæc inquam plenior & perfectior Insectorum cognitio incuriosæ & negligenti antiquitati plane fuit erupta. Ipse ARISTOTELES, quo accutiorem diligentioremque naturæ seruitorem antiquitas vix habuit, & qui dum generosissima ALEXANDRI MAGNI discipuli olim sui liberalitate sublevatus, reliquorum animalium contextuit

qua nidos, *Pupas* dictos, ædificant, qua in *Chrysalides* mutantur, qua ultimam pelliculam Phalenæ Papilionesque exuunt, qua alas expandunt, nuptias celebrant, quaque demum ova gignunt & deponunt, pluraque ejusmodi, quæ non sine voluptate & admiratione, apud Summos Entomologos Nob. DE REAUMUR & illust. Lib. Bar. de Geer, legi possunt, quorumque etiam infra, dum ad descriptiones pervenimus, exempla quædam trademus.

(*c*) Quamquam plura documenta, hanc probantia veritatem, adferri possent, nobis ad ipsum propositum festinantibus illud LYONNETI commémorasse sufficiat, quo testatur se in una Eruca quatuor millia muscula numerosse. *Traité Anatomique de la Chenille qui ronge le bois du Saule.*

(*d*) "La Chenille, douée d'une Ame, sent ce qui passe en elle, comme nous sentons ce qui se passe en nous. Son ame, comme la nôtre immaterielle, est comme la nôtre capable de sentimens, de Volonté, d' Action. Car je ne vois pas qu'il soit plus conforme à la faine Philosophie d' admettre la materialité de l' ame

texuit Historiam, Insectorum etiam mirificas mutations sibi explicandas sumvit; ita inepte hoc in negotio aberravit (*e*), ut non modo veræ Insectorum notitiæ fundamenta labefactaret, sed & spississimis erroribus janua patefacta, eandem auctoritate sua, qua plus justo tot per secula valuit, fere bis mille per annos veritati occluderet. Communi deinde litterarum Pal-lingenesia feliciter succedente doctissimorum MOU-
FETI & HARVEI diligentia & studio radii quidam luminis Scientiæ quoque Entomologicæ affulgere quidem inceperunt; Cum vero meritissimi hi viri A-
RISTOTELIS tamen potissimum legerent vestigia,
illiusque principiis & fundamentis niterentur, fieri
non

des Bêtes, pu'il est d' admettre la prétendue matérialité de la nôtre". BONNET *Essai Analytique sur les facultés de l'ame*. Tom. II §. 716. Et paulo post. "Ceux qui, par un zèle peu éclairé pour la Religion, ont combattu l' immatérialité de l' ame des Bêtes, n' ont pas songé qui donnaient ainsi atteinte à l' immatérialité de la nôtre."

(*e*) Nam de origine Insectorum absurdam illam, quam vulgus adhuc fovet sententiam adoptans, persuaderi sibi pastus est ingeniosissimus Philosophus varias materias putredine corruptas, transformari in corpora organica innumeris constantia partibus, animaleculaque hæc tali ratione gigni. Præterea metamorphosi nescio qua mirabili Ovidiana Aurelias in Papiliones transmutari statuit, cum tamen ipsam Naturæ codicem vel parum consulendo, facili negotio perspicere potuisset ipsissimum futurum Insectum, jam sub Erucæ forma delitescere.

non potuit, ut præjudiciis seducti, veras Insectorum mutationes, manifestamque membrorum explicacionem Cimeriis eripere noctibus valerent. Felix demum posteritas eos progenuit viros (f), qui adyta Naturæ indefesso penetrantes studio cursuque mysteria ejus sibi familiariora reddere nossent, atque periculis peritissime centies iteratis, luculentissime commonstrarunt, in hac Regni Naturæ Provincia perigrinaturo non sufficere deuudatos solum sed & personatos cognoscere incolas. Plurimorum enim Insectorum diversis in ætatis gradibus constitutorum, tanta est dissimilitudo non modo faciei, sed & negotii, ut unum idemque animalculum, non ejusdem speciei, sed ne generis, imo ne Classis quidem esse, facile crederes. Nam animalcula haecce, priusquam ad senectutem pervenirent, tres, easquæ maxime admirandas subire coguntur

(f) Hos inter numerandus primo loco est JOH. SVAMMERDAMIUS, indefessus ille naturæ Insectorum indagator, qui omne ingenium suum, quod illi acutissimum fuit, ad elegantissimam hanc Naturæ tabulam, a foribus quas illi vel ludentis ingenii portenta, vel traditionum incuria attulerant, repurgandam & purgatam, quantum potuit perficiendam contulit. Post hunc, initio hujus seculi novam attulit huic Scientiæ lucem magnum illud Galliæ decus DE REAUMUR, qui hanc doctrinam, a primis principiis & staminibus repetens, quodvis Insectorum, ab ovo inde, ad sepulcrum usque sequendo, interiorique oculorum acie, formam, anatomiam, vitam, viatum & mores eorum perlustrando immortalitati dudum com-

Fig. 1.



Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 7.



Fig. 10.



Fig. 8.



Fig. 11.



Fig. 12.



Fig. 13.



Fig. 14.



Fig. 15.



Fig. 16.



Fig. 20.



Fig. 18.



Fig. 21.



Fig. 19.




Fig. 19.

Fig. 22.



Fig. 23.




Fig. 24.

b b b

a a a

d d d

